

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Linea pontificum

Heli



Phinees



Achitob



Achimilech



Abiyathar



Iste heli sacerdos et iudex. habuit hos duos filios scilicet. Ophni et Phinees. et quia in arguendis filiis tepidus fuit. ideo reprobatus fuit a domino. Audita quoque strage filiorum et Archa captam a philisteis de sella cadens. fractis cervicibus expiravit pro dolore dum octo et nonaginta vixisset annos.

Samson duodecimus et ultimus iudicum israel iudicavit annis. 20. Hic hebreorum fortissimus fuit patri suo Manue nasciturus per angelum fuit annunciatum Nazareus. uxore ducta in thannata pabola de leone conuivis proposita. et per dolum mulieris soluta. cum segetes hostium incendisset. et mille viros mandibula asini aquam ante trucidasset. Tandem dolo Dalide rasis crinibus a philisteis captus. Renatis crinibus concussa domo. plures stravit mortuus quam vivus. Concussis enim columnis tota domus super principes universos cecidit et tria milia hominum extinxit. inter quos et ipse una cum eis defunctus est. Venientesque fratres eius sustulerunt corpus et sepelierunt in sepulchro patris sui.

Achitob filius Phinees filii heli fuit pater Achimelech quem percussit Saul cum omni domo sua propter david ut patet super.

Post samsonem iudicavit Heli. qui et sacerdos et a digniori sacerdos est nominatus non iudex. Translato ergo sacerdotio a filiis Eleazar. hic primus de filiis ythamar arripuit. Forsitan ipsemet factus iudex sacerdotium ad se transtulit. Cepit autem iudicare anno ab exitu de egipto. ccc. lvi. etatis autem tercie id est ab Abrahamo dccc. lxi. mundi vero bis millesimo. dccc. ix. Et iudicavit annis. xl. huius temporis pertinet hystoria ruth de qua super.

Samuel sanctissimus propheta domini hebreorum sacerdos et iudex post hely sacerdotem dei populum rexit annis. 40. Hic Helchane et Anne uxoris eius filius fuit. Cum helcana habuit duas uxores: scilicet Annam et Phenennam. Anna autem sterilis erat. sed tamen magis a viro diligebatur. Phenenna vero secunda propter quod exprobrauit anne de sua sterilitate: super quo contristata valde accessit ad templum orans et votum faciens pro filio obtinendo. Et cum reprehenderetur ab hely sacerdote: quod ut ebria oraret: illa humiliter excusavit se indicans suam afflictionem. Exaudivit autem dominus orationem anne et dedit ei filium masculinum scilicet Samuelem prophetam quem ablactatum obtulit eum domino ad tabernaculum dei. et ibi misit eum ad serviendum in eo. Qui a puericia usque ad senium digne domino deo ministravit. Qui tandem cum iudicasset israel annis quadraginta. Secundo ante obitum Saulis anno diem suum obiit. quem singuli ex populo israel tanquam proprium flevere parentem. Eius autem corpus in Ramatha sepultum fuit.

Linea Iudicum

Samson



Hely



Samuel

